

bona opera pro salute ipsorum speciali premio provocare, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dilectis in Christo | fratribus ordinis sancti Augustini in Grymmis domino famulantibus manum porrexerint adiutricem quique ad eorum ecclesiam in festis | duplicibus ac per octavas eorundem causa devocionis accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, dummodo ad id consensus dyocesani accesserit, XL^a dies criminalium et annum venialium de iniuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus. Datum [apud] Erbpolim anno domini M^o CC^o LXXX^o VII sexto kalendas octobris.

(SD.)

10

150.

Heinrich, Bischof von Merseburg, urkundet, daß er die Augustiner-Eremiten in seiner Diöcese in seinen besonderen Schutz genommen und denselben gestattet habe, sich in Grimma niederzulassen, und ertheilt denjenigen, welche an den genannten Tagen die Klöster derselben zum Gottesdienst besuchen und denselben sich mildthätig erweisen, 40 Tage Ablass. Zwenkau, 1289 Mai 1.

- 15 *Illschr.: Gleichzeitige Abschr., vidimirt von Abt Heinrich von Altzelle, Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1258. Das wohlerhaltene S. des Abts an Pergamentstreifen. Gedr.: Dreßdener gelehrte Anzeigen 1783, 126 ff.*

Nos Henricus dei gracia Merseburgensis episcopus omnibus tam presentis quam futuri temporis successoribus, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum, quod religiosorum virorum ac in Christo nobis dilectorum, videlicet provincialis fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini nec non et fratrum eiusdem ordinis precibus devotissimis inclinati, cum a nobis singulare subsidium postularent, dictos fratres cum omnibus graciis seu beneficiis eisdem a sede apostolica indultis ad nostram gratiam et protectionem recepimus ac recipimus tenore presencium specialem, concedentes eisdem nichilominus ac dantes oratoria seu altaria in opido Grimmensi nostre dyocesis construendi seu erigendi liberam facultatem, inhibentes nichilominus sub pena excommunicationis iam late sententie, ut nulli omnino hominum liceat fratres ordinis predicti temere perturbare aut eorum possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu aliis impedimentis quibuslibet fatigare, sed ea omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentacione ac gubernacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva dumtaxat nostra ac nostre ecclesie iusticia in hoc casu. Sane cum [ad] edificiorum dilapsorum *renovaciones*) nec non ad sustentaciones personarum dictis fratribus proprie non suppetant facultates, sed ad hec deposcant piorum subsidiis adiuvari, nos eorundem indigenciis pio compacientes affectu, cupientes nichilominus domino reddere populum acceptabilem nec non ad pietatis opera quoslibet in Christo fideles speciali premio tamquam quibusdam illectivis muneribus invitare, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad domos fratrum ordinis predicti nostre dyocesis in festo pasche ascensionis pentecostes et nativitatis ac in quatuor sollempnitatibus beate virginis nec non in festivitibus sancti Augustini et in diebus